

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Christian Wilhelm Rösler an August Hermann Francke.

Rösler, Christian Wilhelm

Halle (Saale), 05.02.1723

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-59178](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-59178)

V. R. summe Reuerende,
Domine Patrone omni reuerentia cultu
ruscipiente!

Eternas ago D. S. gratias pro innumeris in me immeritum collatis beneficiis temporalibus iuxta ac spiritualibus. Est ferme biennium, ex quo me pauperem natusque ad corpus castitandum natusque convictorio libero summa ex benignitate dora-
ti. Me quoque a recto tramite, qui est Christus, in star oricale errantis deflectentem reduxisti per verbum a Deo in intimis D. S. cordis procreatum atque ore puro prolatum ad viam, in gratia regnum ducentem. Deus testis meus est, me nihil magis dolere, quam quod dicto D. S. audire non fuerim. Pro viribus quidem incubui in omnes D. S. adhortationes paternas spontaneo atque filiali animo exequendas; at sepius carnis ac sanguinis mei insidias, diaboli atque mundi fallacia deceptus non ottemperavi affectui D. S. paterno. In par-
tibus circa Christianorum monitis locum spiritu Dei me regente reliqui. Stimulis internis excitatus; verum enim vero Collegio methodologico interfui quidem, attamen isto studentis modo non sum ad unguem usque usus, quod me anxie premit. Per decem hebdomadam intervalla egrotavi in musaeo meo. Deum natura vires suas aliquantulum colligente, Deus dedit gratiam, ut bis audierim. Et inter festum natiuitatis Christi concionantem. Quas duas conciones summo non mentior, cum gaudis et aere et mente percepi, ad ejusmodi vim atque efficaciam inde in me non veni, quali superiori tempore inferne donatus a Deo fuerim. No manebat me-

88

a anima arida neque imbre gratiae divinae madefacta. Quum
vero inter per unam horam repetisti ob temporis penuriam
breuissimo, internis ac tactis ineffabilem Dei gratiam e-
jusque effectum in me gustasti. Pro quo beneficio deo-
tes intimis suspiriis Deo ego gratias, quod me tandem ali-
quando fuerit dignatus suis testimoniis, quod nondum sine
ab eo relictus. Appareat quidem lux, sed max iterum
tenebris obscurata. Sub ipsum festum circumcisionis Chri-
sti precibus atq; suspiriis a flatus templum Ulricianum
ea menti frequentandi ut Deus perrecturus esset in-
rigando siccam animam; nulla vero gratia divina gut-
tula ex auditu verbo in me cecidit. Atque haec erat
ultima coaxio, quam ego ex se audiui. Neque enim se-
quentibus reuaduit vis morbi ac vehementia, adeo, ut
ab se rogare veriam quatuor atque hebdomadibus lo-
cum egrotantium frequentandi fuerim coactus. Ut videtur,
omnis spes delapsa est. pristinam meam sanitatem re-
cuperandi. Ideo gratias, quas pro sum, summas pro ex
animo offero, quod me indignum tanto beneficiorum cu-
mulo ornare, volueris, quantum nulla dicendi vis po-
test capere. Ego F. B. B., GODWINE, nihil dare aut retribuere
re propinquus morti possum, quam quod Deum obsecrem,
ut longe maioribus hic et illis se sit adfecturus benefi-
cius. Si Deus vitam prolongare vellet, eum obtesta-
rer, ut omnem fidem, omnem industriam in animis in-

genusque, cum formandis, tum expoliendis, puerilibus colloca-
rem. Scirem enim, hoc solo excepto nihil, quod D.D. opta-
tus aut acceptus esset. Peto V.R. summe Reuerende,
supplex, ut mihi inotigero, infideli atque graui in docen-
do, condones et ex amore D.O. Deum implorans, ut
animi mei inotigeri, infidelis ac graui rationem ob fili-
um suum inotigerum, fidelem atque industriam in ho-
minem salute quaerenda non sit postulatares, sed o-
nium peccatorum meorum oblitus mihi delicta sua con-
fiteanti, dolenti ad frangemque meliorem recepturo sit pro-
pitius, quo Christi merito nixus hilari ac animoso ani-
mo ex hac vita queam decedere. Quinimo (si carde-
cordique D.D. anima mea) commouebis precum D.D. D.D.
bonitate. Numera benignum, ut verba D.D. ex fonte sacro
hausta uti superioribus diebus mihi fuerint spiritus atque
vita, ita circa mortis finem mihi sint vita atque spiritus.
Iudici hoc feceris, ego quoque coram Dei visione ac Chri-
sto presente sum facturus, quod me cordis ex iniquis ex-
tractum duxeris ad Christum, quid? quod pro anima mea
mera ex gratia Christum petieris. Ad extremum usque
salutem maneat Deum Dei misericordia Christi propiti-
atio, ut anima D.D. fidelis atque ^{constans} coram angelorum
Aspata in beatum quietumque Abreha sinum transfe-
ratur.

D.D. Nominis summe Reuerendi

Itala Magdeburg.
d. 5. Februar. 1723.

ad cineres usque cul-
tori de potus
Christianus Guilielmus Boes-
lerus Kirchenlamido-Ba-
ruthinus.



VIRO
 summe Reuerendo, Domino Domino Augu-
 sto Hiermanno Frankio, S. S. Theologiae
 Professore meritissimo etc.

Domino Patrono meo omni reuerenti-
 a cultu suscipiendo

Hale Magdeburg.

[Faint handwritten notes and bleed-through from the reverse side of the page, including a date '1717' and a name 'Franko']